59.

Smlouva státní, učiněná mezi Rakouskem, Francouzskem Velkobritanskem, Pruskem, Ruskem, Sardinskem a Tureckem,

v Paříži dne 30. března 1856.

Ratifikace k ní se vztahující vyměněny jsou tamtéž dne 27. dubna 1856.

(V Zák. říš. č. XVII. vyd. a rozel. dne 30. dubna r. 1856 č. 62.)

Nos Franciscus Josephus Primus,

Divina favente clementia Austriae Imperator;

Rex Hungariae, Bohemiae, Lombardiae et Venetiarum, Dalmatiae, Croatiae, Slavoniae, Galiciae, Lodomeriae et Illiriae; Rex Hierosolimae etc.; Archidux Austriae; Magnus dux Hetruriae et Cracoviae; Dux Lotharingiae, Salisburgi, Styriae, Carinthiae, Carnioliae et Bucovinae, Magnus Princeps Transilvaniae; Marchio Moraviae; Dux superioris et inferioris Silesiae, Mutinae, Parmae, Piacentiae et Quastalae, Osveciniae et Zatoriae, Teschinae, Forogulii Ragusae et Gaderae etc.; Comes Habsburgi, Tirolis, Kyburgi, Goritiae et Gradiscae; Princeps Tridenti et Brixinae etc.; Marchio superioris et inferioris Lusatiae et Istriae; Comes Altae-Amisiae, Feldkirkiae, Brigantiae, Sonnenbergae etc.; Dominus Tergesti, Cattari, Marchiae Slavoniae etc. etc.

Notum testatumque omnibus et singulis, quorum interest, tenore praesentium facimus:

Posteaquam Nos et Augustissimi ac Potentissimi Principes, Britanniæ Hiberniæque Regina, Francorum nec non Omnium Russiarum Imperatores, porro Sardiniæ Rex atque Magnus Osmanorum Sultanus, desiderati ad reconciliandam certam diuturnamque pacem, quæ bello in Oriente flagrante perturbata erat, consensus causa, Ministros plenipotentiarios nominavimus, qui Lutetiæ Parisiorum in congressum convenerunt; posteaquam porro, consensione feliciter stabilita, Nos æque ac præfati Serenissimi Principes Augustissimum ac Potentissimum Principem, Borussiæ Regem, utpote qui Conventionem Londini 13. Julii 1841 initam simul quoque signaverat in totius Europæ commodum et utilitatem ad participationem in negotiis illis invitavimus, hicque etiam Serenissimus Princeps Mintstros Suos plena potestate munitos ad Congressum miserat, Plenipotentiarii ablegati de sequentibus convenerunt articulis: